

Collectio Programmatum Frei-
bergensium M. Joh. Gottlieb
Bidermanni.

1747. 1) de montibus Musarum domi-
ciliis.
— " 2) de mutuis familiarum elector.
Sax. et Bavariae connubii.
— " 3) omen in nomine Georg. Sam.
Afferi Consul. Freyberg.
— " 4) ratio laborum scholasticorum
in Gymnasio Freybergensi ad-
huc suscepitorum.
1748. 5) Meletoratum philolog. fascic. II.
— " 6) de templis Concordiae et Pacis
— " 7) de Frenarchis
— " 8) cur homines montani passim
male audiunt.
— " 9) de latinitate Maccaronica

1748. 10) cur multi melius scribant
quam loquantur et contra
- . 11) de Josephis
- . 12) de veterum vocalis grammaticis
- . " 13) de meritis domus Saxonicae in
pacem Westphalicam
1749. 14) de lapidum aetii diuino ex an-
tiquitate.
- . " 15) quid velit et possit rerum con-
cordia discors ex Horat. L. 1.
Ep. XII. 19.
- . " 16) Acta semestria schoolastica
- . " 17) Meletemat. philolog. Fast. III.
- . " 18) de vita musica ad Plauti
Mostell. Act. III. Sc. II. 40.
- . " 19) de Diis mensalibus.
- . " 20) de animalium studio immane
loquendi ex Ovid. Metamorph
V. 678.

1749. 21.) de summo bono ex Senten-
tia Salomonis Coher. v. 8.
— " 22.) de nummis Freybergenibus.
1750. 23.) de vocum hebraicarum
significatione morali.
— " 24.) de eruditis male habitis.
— " 25.) de Aesculano fodinarum me-
tallicarum Deo.
— " 26.) Meletemat. philolog. fasc. IV.
— " 27.) de Iffelasticis.
— " 28.) de vita medica ad Stat.
Shebaid. II. II.
— " 29.) de nudis et fine mentesonicis.
— " 30.) de fortuna primigenia.
— " 31.) deviza Gd. vorrequa ex
Epist. Iudea v. 12.
— " 32.) de coronatis puerpera-
rum cedibus

1751. 33. de Sanctis Acephalis.
— „ 34. de iis qui ex ordine sacro
in Scholasticum transferunt
— „ 35. de nominum religione
— „ 36. de Anastasi Dea noua et
peregrina Actor. XVII. 18.
— „ 37. Comment. I. memoriae discipu-
lorum extraneorum in Schola
Freibergensi versatorum
— „ 38. de aere seminato.
— „ 39. Comment. II. memoriae disci-
pulorum extraneorum in
Schola Freibergensi versatorum.
— „ 40. finis Guidonis de Fulquista.
— „ 41. de spe Iudeorum desperata
— „ 42. que sit injuria felix ex Clau-
dian. in IV. Consulat. Honor.
v. 612. ff.

1752. 43. de montibus ardentibus
iisqz bibliis
- 44. Commentatio III. memoriae
discipulorum extraneorum
in Schola Freibergensi ver-
fatorum.
- 45. de mendis librorum et nomi-
natim Biblorum hebraicorum
diligentius cauendio
- 46. de fabulosa de VII. dormien-
tibus historia.
- 47. de sacris mensis Augusti
- 48. de Halgeoniis senectatis ad-
mirandis.
- 49. de arte obliuiscendi
1753. 50. de sacris nefandis Ethnicorum
- 51. Commentat. IV. memoriae

- discipulorum extraneorum in
Schola Freibergensi versator.
1753. 52. bonum nomen Sal. Frid. Sey
fidi Consul Freiberg.
- "53. I. Abhandl. von Ganguiūalzau.
- "54. de reliquiis eruditorum.
- "55. II. Abhandl. von Ganguiūalzau.
- "56. Comment. V. memoria discipu
lorum extraneor. in Schola
Freyberg. versator.
1754. 57. III. Abhandl. von Ganguiūalzau.
- "58. de Eusebianis
- "59. Comment. VI. memoria discipul.
extraneorum in Schola Freiberg
versator.
- "60. de memoria Gregorii Nazianzeni
h.e. de sorte sua hanc conten
tis Epist. Iud. v. 16.

1754. 61. de Summo Deo.
— " 62. IV. Subiect. von Erzeugnissen.
1755. 63. Specimen nominum Deo go
^{gew.}
— 64. Coment. VII. memoriae discipu-
lorum extraneorum in Schola
Freibergensi versatorum.
— 65. de characteribus corpori im-
pressis
— " 66. prog. II. de eadem materia.
— " 67. de Caenotaphio
— " 68. Coment. VIII. memoria disci-
pulorum extraneor. in Scho-
la Freibergensi versatorum.
— " 69. Von den ffymata vonischen Antik
Oriens.
— " 70. Von den ffymata Landesvölker.
Religion und Vorstellungen.

1756. 71. de Furenalibus sub auspicio-
um novi anni.
— " 72. de officio Praeceptorum et
discipulorum Malach. 11.12.
— " 73. 1. St. Nachlaß von galathen
Frühbungen.
— " 74. Comment. 1x memoria discipu-
lorum extraneorum in Scho-
la Freiberg. versatorum.
— " 75. V. Abgnv. von Brugmünzau.
1757. " 76. de Lua veterum Dea priacu-
lari
— " 77. examen vernale ex Genes.
xxx. 41. 42.
— " 78. de audacibus dithyrambis
— " 79. de diis dormientibus.
1758. 80. quomodo solemur fatis
contraria fata.

אנוש עם אל

Iob. IX, 2.

h. e.

SPECIMEN NOMINVM ΘΕΟΦΟΡΩΝ

QVO
AD VOTA
ANNI NOVI AVSPICIS DICATA
BENEVOLE AVDIENDA
OBSEQVIOSISSIME INVITAT
M. IO. GOTTL. BIDERMANN, R.

FREIBERGAE,
Litteris MATTHAEANIS.

LXIII.

עַמְנוּ בִּרְאָשׁ הַלְּדוֹתִים:

DEVS à principio nobiscum!

QVAMIS IMMANVELIS nomen, veluti effusum tinguentum, omni tempore suauissimum odorem spargat, his tamen diebus, ad recolendam nativitatis suae memoriam antiquitus destinatis, μαρτυρεῖν οὐαὶς ιδοις praeflat; a) et singulare animi religione ab iis considerari meretur, qui Christi doctrinam profitentur. Tantum enim absit, ut LACTANTIVM vim excellentissimi huius hominis perspexisse, existimemus, ita interpretantem: *propheta declarauit nomine IMMANVELIS, quod DEVS ad homines in carne venturus esset*; b) vel, ut Petr. KIRSTENIO subscríbamus, qui in hoc nomine *Deum fortissimum contineri*, statuit, ex Arab. قدر, robur, et 族, populus, illud deriuans; c) ut potius fontem limpidissimum, ex quo gratia pro gratia promanat, in illo nobis recludi, certum atque exploratum habeamus. Vi enim originis, et, si toto suo ambitu nomen Ιμανουὴל consideretur, non tantum auxilium gratiae, sed etiam consortium naturae praefert, quem DEVS in carne manifessatus fuit, et filius DEI caro factus in nobis habitare constituit. Haec interpretatio est diuinitus inspirata, qua vocabulum Immanuel disertis verbis explicatur: μεθ' ήμων ὁ Θεός, d) Non igitur solum personam, sed etiam officium θεωρητῶν hoc nomen designat. Docet enim, Christum esse nobiscum, ratione naturae, e) pro nobis, ratione intercessionis, f) in nobis, ratione inhabitationis, g) apud nos ratione defensionis, h) erga nos animo fraterno ac paterno, i) et ante nos, ratione resurrectionis. k) Quae quam ita sint, rectius nomen Immanuel cum HVETIO inter mystica, l) quam cum ZORNIO inter aenigmatica refertur. m)

Dum vero Immanuelis dictio neim ex nomine diuino אלה, El, conflatam esse, affirmamus, mos ille vetustissimus animo obuersatur, quo tantum non omnes gentes filiis recens natis suorum deorum nomina, boni omnis caussa, imponere consueuerunt. Nam, ut ab hominibus profanis exordiamur, quein fugiunt Ethbaal, (cum deo Baal) nomen regis Sidoniorum, 1. Reg. XVI, 31. Hadadeser, (auxiliu Hadad, deasiri Phoenicum,) nomen regis Zobae, 2. Sam. VIII, 3 Benhadad, quod regibus Syriæ Domascenæ erat commune, 1. Reg. XV, 18 Tabrimmon, (beneficius Rimmon, Deus Syrorum,) 1. Reg. XV, 18. Ierubbaal, (pro quo Baal contendit,) Iudic. VI, 32. Huc nomina Penica referri merentur, ab eodem Baal originem fortita, e. g. Hannibal, (gratia Baalis) Adberbal, (gloria Baalis) Asdrubal, (auxiliu Baalis,) itemque Persica, Chaldaea atque Assyriaca, e. g. Codomannus, Cores, Mithridates, Nebucadnezar, Belsazar, Abednego, Eul-

mero-

- | | | | |
|---------------------|-------------------------------|----------------------------|-----------------------|
| a) 1. Tim. II, 6. | b) Instit. Diu. L. IV, c. 12. | c) Nott. in Matth. p. 6. | d) Matth. I, 23. |
| e) Hebr. II, 14. | f) 1. Joh. II, 1. | g) Eph. III, 17. | h) Matth. XXVIII, 29. |
| i) Ebr. II, II, 12. | k) 1. Cor. XV, 20. | l) Dem. Eugl. p. 526. 709. | m) Opus. |
| Sacr. L. I. p. 636. | | | |

merodach, etc. Neque apud Graecos nomina θεοφόρα defunt, e. g. *Apollos*, 1. Cor. III, 4. *Bacchides*, 1. Macc. VII, 8. *Posidonius*, h. e. *Neptunius*, 2. Macc XIV, 19. *Hermer*, Act XIV, 12. *Hymenaeus*, 2. Tim. II, 17. Et quis nescit nomina passim decentata, *Theognis*, *Theocritus*, *Theodulus*, *Theodosius*, *Theophilus*, *Theophylactus*, *Timotheus*, *Apollodorus*, *Palladius*, *Diogenes*, *Dionysus*, (à Ioue,) *Ariemidorus*, (à Diana,) *Demetrius*, (à Cerere,) *Heraclitus*, (à Iunone) etc. Latinorum nomina huius generis rariora quidem sunt, non tamen nulla, quod *Martialis*, *Apollonius*, *Phoebadius*, etc. testantur. Eadem consuetudinem Germani receperunt, inter quos nomina *Gotthelf*, *Gottlieb*, *Gotthard*, *Gottwerth*, *Traugott*, *Fürchtgott*, etc. quotidie obuerulantur.

Vt vero ad Hebreos redeamus, constat, illos non sine graibus canfis filios recens natos nominibus diuinis impertinuisse: quippe quae non nudos sine mente sonos aut inania signa esse volebant, sed deliberato consilio eadem eligebant, vel expressum DEI mandatum sequentes, vel conditionem infantis in lucem editi animo complectentes, vel rationem loci et temporis indicaturi, vel salutarem vitae ineundae rationem suppeditaturi, vel certum eventum praedicturi, vel spem boni omnis facturi. His ex fontibus tot nomina, eximium et magnum sonantia, promanarunt, quorum alia ex nomine DEI essentiali sunt, vel contracto m̄ et m̄ a'ia ex m̄, alia ex m̄, alia ex m̄, et alia ex m̄ sunt conflata. Quam vero multo largior horum seḡ s prostet, quam ut omnia ac singula persequi hoc loco possimus, praeterea etiam viri celeberrimi, MATH. HILLERVS, n̄ et IO. SIMONIS o) otium nobis ficerint; nos iam, nomen Ιησους meditantes, non nisi ea in medium proferemus, quorum ultimam partem nomen Ιησος occupat, ceteris in aliud tempus reiectis. Et quoniam horum etiam non exiguis est numerus, pro diversitate attributorum diuinorum, quorum illa nomina sunt indices, certas in classes ea dispescemus. Harum prima specimen nominum proprietorum, in Ιησος desinentium contingit, quae, exemplo nominis Ιησους, *Dei gratiam atque amorem prae se ferunt*, et, ordinem alphabeticum sequendo, ita fere excipiunt:

Ιησος, *Vriel*, hoc est: *lux mea Deus*, formula loquendi sacris litteris familiari, quae lucis nomine omnis generis felicitatem indicant, (Pſ. XXVI, 1. Mich. VII, 8.) nomen, quod et Legit, 1. Chr. VI, 9. (Bibl. Germ. v. 24.) et Iocer Rehabeami gesſit, 2. Chr. XIII, 2. alias Absolon adpellatus, 2. Chr. XI, 20, 21. 1. Reg. XV, 2.

Ιησος, *Ithiel*, ex m̄ cum, compositum, significat: *mecum Deus*. Ira dictus fuit unus ex Beniaminitis, Iesaiæ filius, Neh X, 7 Noimen Ιησους Pro. XXX, 1. HIERONYMVS quidem eodem ex fonte deducit, vertens: *cum quo Deus est*, alii tamen cum COCCEIO ad rad. m̄ referentes vertunt: *defatigatus sum propter Deum*.

Ιησος, *Eliel*, hoc est: *Deus est Deus meus*, alio nomine, at sensu fere eodem

o) Onomast. Sacr.

o) Onomast. Vet. Test.

בְּזָהָל, I. Sam. I, 1. Quod nomen in primis arrissim, ex eo adparet, quod multos eo usos legimus, I. Chr. V, 24. VIII, 20. XI, 40. etc.

בְּזָהָל, *Bezaleel*, quasi dicas: *in umbra*, h. e. praesidio, Pf. XCI, 1. CXXI, 5. Dei. Quo nomine architectus ille oracularis tabernaculi inclaruit. Exod. XXXI, 2. sq. Aliam huius nominis etymologiam CALOVIVS sequitur, p) quod nempe vir ille adhibitus fuerit ad ea comparanda, quibus Deus et res diuinæ adumbrabantur. Idem nomen occurrit Efr. X, 30.

בָּרָכָהֵל, *Barachel*, apertam originem ostendens, eum notat, cui Deus benedic. Vfus eo est pater Elihu, Buzita, Iob. XXXII, 2. cui respondet nomen *Barachiae*, Zach. I, 7. Matth. XXIII, 35.

בְּתַהֲוָל, *Bethuel* dicitur *Deo consecratus*, à rad. **בְּרַא** *separauit*, et non solum personis, sed etiam locis competit, Gen. XXIV, 15. I. Chr. IV, 30. Vrbs illa, elisa littera quiescibili, etiam **בְּתַהֲוָל** legitur, Ios. XIX, 4. quam WALTONVS perperam in *virginem* convertit. q)

בְּנִים, *Geuel*, ex **בְּנָה** deductum à *Deo redemptum* notat. Fuit nomen viri illustris, à Mose ad explorandam terram Chananaeam ablegati, Num. XIII, 5. proxime ad illud accedens, quo homines sancti **בְּנֵי נֹחַ** appellantur. Pf. CVII, 2. Ies. LXII, 12.

בְּגָמְלִיאֵל, *Gamliel*, valet *retributionem Dei*, sicuti ipse Deus **בְּגָמְלִיאֵל** audit, Ier. Ll, 6. nomen principi ex familia Manassis proprium, Num. I, 10. Tempore noui foederis eodem filius illius Simeonis inclaruit, qui Iesum puerulum ulnis excipiebat, praeceptor Pauli, Act. XXII, 3. παντὶ λαοῖς τιμος, Act. V, 34. et qui in ipso Talmude hoc elogio cohonescatur: **מִשְׁתַּחַת רַבִּי גָּמְלִיאֵל בְּפֶלֶג** כבוד הורה ומותה תורתה ופרישתה: **בְּפֶלֶג כְּבֻוד רַבִּי גָּמְלִיאֵל**, h. e. mortuo R. Gamaliel, cessauit gloria legis, et abiit mundities et sanctimonia. r)

בְּגָדְיָה, *Sabdiel*, vertendum: *Deus donum meum*. Ita nominabatur filius ex familia magnatum, (Sic enim **בְּגָדְיָה** non verti debet, Neh. XI, 14.) unus e praefectis Hierosolymae post captiuitatem restaurandae. Alius, I. Macc. XI, 17. commemoratus, natione Arabs, Alexandrum, Syriae regem, capite priuabat. Graecis dicitur *ζεβδαῖος*, Matth. IV, 21. quod Syri per **בְּגָדְיָה** exprimentes, originem Hebraicam manifeste testantur.

בְּהָסָעֵל, *Hbasael*, valore radicis notissimae *Deum respicientem* notat, h. e. misericordem, filio Scripturae familiari, Gen. XXIX, 32. Luc. I, 48. Quod nomen rex Syriea gesit, 2. Reg. VIII, 8. quod eodem sensu **בְּהָסָעֵל**, I. Reg. XIX, 15. 17. **בְּהָסָעֵל**, I. Chr. XIII, 9. et **בְּהָסָעֵל**, I. Chr. XII, 4. legitur.

בְּהָמָעֵל, *Hhamuel*, quasi **בְּהָמָעֵל**, Dei commiseratio; nomen, quo unus ex familia Simeonis compellabatur, I. Chr. IV, 26. cui eodem fere valore respondent, quae sequuntur:

p) Bibl. Illustr. ad h. I.

r) Mischn, Cod. Sota c. IX, num. 15.

q) in Appendix Tom. VI, Biblior. Polyglott. p. 13.

הַנְּאֵמֶל, *Hbanaimel*, נַעֲמֵל, *Hbainiel*, et נַעֲמָל, *Hbanael*. Istud patruo Ieremie, filio Sallumi proprium, Ier. XXXII, 7. conflatum est ex נְהַנְּתָן חַנְנָה misertus et propitius fuit Deus: Illud gratiam Dei praeseferens, principi Mamilitarum competebat, Num. XXXIV, 23. Hoc autem, eiusdem significationis, turrim Hierosolymitanam signabat. Zach. XIV, 10.

הַבְּכָל, *Tabbel*, ex rad. בְּכָל, bonum esse, aperte Deum beneficium signat. Ita praefectum regis Persarum adpellatum legimus, Efr. IV, 7. Alibi, Ies. VII, 6. cum Patach legitur *Tabbeal*, ad falsum Deum eo loco subindicandum, qui non נֵה, *Eli*, sed נֵה, *Al*, res nihil, dici merebatur. Job. XXIV, 25.

הַדְּיָאֵל, *Iedael*, refert Deo cognitum, h. e. filio biblico, a Deo dilectum, (Pf. I, 6. Job. X, 14.) atque idem cum *Ioiada*, *Eliada*, *Iedaia*, etc. valet: nomen multis communе, 1. Chr. XI, 45. XXVI, 2. 1. Chr. VII, 6. 10. 11. qui postremus alias etiam *Afekbel*, à נְהָש cognominabatur, Gen. XXXXVI, 21. 1. Chr. VIII, 1.

הַשְׁרֵל, *Iisrael*, quod ex duabus diuersis radicebus deriuari potest, duplice etiam interpretationem admittit. Namque ex rad. שְׁרֵל formatum, notat id, quod Deus fructificat, sive sit persona, 1. Chr. IV, 3. sive locus, Ios. XV, 50. Iud. VI, 33. Si vero שְׁרֵל pro fundamento ponatur, à Deo dispersum innuit. Et hoc sensu nomen propheticum filii Hoseae explicari debet, Hos. I, 4.

הַבְּדִיל, *Iahddiel*, sumta radice בְּדִיל, eum fistit, quem Deus exhilarabit. Et haec significatio proprius ad etymologiam accedit, quam coniunctio Dei ex בְּדִיל. 1. Chron. V, 24.

הַלְּחִיל, *lachleel*, omnium optime à נְהָלָה deriuatur, eum indicans, qui à Deo est expertus: quo signo filius Zabulonis notabatur, Gen. XXXXVI, 14. quod re ipsa cum נְהָלָה conuenit, nomine patri Nehemiae proprio, Neh. I, 1.

הַאֲשָׁלֵל, *Ieuel*, ad radicem שְׁלֵל, remouit, recondidit, reuocatum, à Deo absconditum, exhibet, cui שְׁלֵל et Graecum Θρησκευτος respondent. Pluribus impositum legitur, 1. Chr. V, 7. XV, 18. XVI, 5. 2. Chr. XX, 14. XXXV, 9. Efr. X, 43. Eodem sensu נְהָלָה dicitur, 1. Chr. IX, 35. XI, 44. 2. Chr. XXVI, 11. XXIX, 13. Efr. VIII, 13.

הַאֲשָׁלֵל, *Iaafsel*, sive ex Hebr. שְׁלֵל derinetur, sive ad Arab. شَلْلَة referatur, eum indicat, quem Deus confirmat et consolatur. Nomen Leuitae, 1. Chr. XV, 18. qui etiam per aphaeresin vers. 20. נְהָלָה adpellatur. Eiusdem fere soni, diuersae tamen significacionis est.

הַאֲשָׁלֵל, *Iaafsel*, quod natales suos ex שְׁלֵל repetens, recte transfertur: Deus facit: quo nomine insignitus legitur unus ex Davidis heroibus, Mezobais, loco ignotissimo, oriundus, 1. Chr. XI, 47. Littera prima praefecta, etiam נְהָלָה reperitur, 1. Chr. IV, 25.

הַקְּוֹתְּבֵל, *Iekuthiel*, hoc est, praemium Dei, è rad. קָוֵל desperita, in lingua autem Aethiopica significante; praemium adsignavit. Nomen erat et viri ex familia Iudei, in censum relati, 1. Chr. IV, 18. et urbis in Arabia primariae, quae

quae olim Sela audiebat. Haec etymologia caussam prodit, cur rex Amazia priscum nomen huius urbis, armis nuper expugnatae, in Iokteel permutarit, 2. Reg. XIV, 7. quod nempe hoc praemii diuinitus destinati loco habebat.

לְרָקְמֵל, *Ierabbmeel*, à לְרָקָה, radice tritissima, formatum, *Deum misericordem* promittit, eodem fere sensu, qua Hammuel, Hhanamel, Hanniel, etc. Vsi hoc nomine leguntur frater Chalebi, filius Hhezronis, ex familia Iudae, 1. Chr. II, 9, porro Leuita quidam, 1. Chr. XXIV, 29. et alias, Ier. XXXVI, 26.

לְרַיִל, *Ieriel*, restius ad rad. לְרַי *vidit*, quam לְרַי *timuit*, reuocatur, eum fistens, quem Deus respexit, eodem sensu, quo לְרַי, לְרַי et לְרַי. Quo nomine unus ex familia Isascharis, filius Tholae, sui memoriam ad posteros transmitit. 1. Chr. VII, 2.

לְסִמְעוֹן, *Iesimiel*, ex סִמְעוֹן deducendum, significat: *Deus dabit*. Hoc enim verbum non tantum ponendi, sed etiam dandi sensum admittere, ex locis Exod. IV, 11. Ios. VII, 19. Ier. XXXII¹¹, 12. constat. Nomen familie Simeonis proprium, 1. Chr. IV, 36. cum quo significationem eandem habet

לְתָנִיאֵל, *Iathniel*, à verbo תָּנִיא, quod idem cum תָּנִיא valet, (Hof. VIII, 9. 10.) Ita unum ex Leuitis, ianitorem, patre Meschelemia natum, nominatum fuisse legimus, 1. Chr. XXVI, 2. quem versiones Graeca, Syriaca et Arabica eodem sensu in *Nathanael* conuerterunt.

לְמַהְטָבֵל, *Mehetabel*, per *Deum beneficium*, à rad. מַהְטֵּב ita appellatum, explicatur. Et quidem epicoenii est accendendum, quia non tantum annus Semaiae et pater Deliae, Neh. VI, 10. sed etiam uxor Hadaris, Idumaeorum regis, uno atque eodem nomine signantur. Gen. XXXVI, 39.

לְתָהֵאֵל, *Nethaneel*, quem à Deo datum, alias תָּהֵאֵל, תָּהֵאֵל, תָּהֵאֵל et תָּהֵאֵל Indaei adpellant, Graeci autem Dorotheum, Dolistheum, Theodorum et Theodosium vocant, nomen sicut nationi Hebraeae in primis gratum et familiare. Num. I, 8. 1. Chr. II, 14. XV, 24. 2. Chr. XVII, 7. XXXV, 9. Esr. X, 22. Neh XII, 2 t. Forma Graeca Νθαναιλ prolat. Io. I, 45 quem cum Apostolo Bartholomeo unum eundemque esse, WITSIVS, s) ITTIGIVS t) et alii suspicuntur, et de quo, quae notatu digna videntur, prolixo persequitur MON-TACVTIVS u).

לְעִזֵּל, *Uziel*, ex rad. עִזֵּל decerpsum, significat: *robur meum est Deus*. Graeci dicitur ὥστη, Judith. VIII, 1. et cum עִזֵּל et עִזֵּל idem valet. Nomen sicut viris multis commune, Neh. III, 8 2. Chr. XXIX, 14 1. Chr. IV, 42 VII, 7. XXV, 4 Exod VI, 18. quorum postremus alio nomine etiam עִזֵּל appellatur, 1. Chr. VI, 7. (22)

לְמַמְלֵאֵל, *Ammiel*, nomen populum Dei signans, quo filius Gemalli, Danita, Num. XIII, 12. pater Machiri, 2. Sam. IX, 4. 5. filius Obededomi, 1. Chron. XXVI,

s) Meletem Leid. Diff. III. p. 291.
P. II. fol. 17.

p) Hist. Eccl. Sec. I. p. 459.

q) Origin Euseb.

XXVI, 5. et pater Bathsebae insigniti commemorantur, 1. Chron. III, 5. quorum postremus, conuersis compositionis partibus, etiam מִלְאָם, *Ellam*, adpellabatur, 2. Sam. XI, 3.

בָּנֵי פַגִּיאֵל, *Pagiel*, commodissime explicatur *precibus diuinitus impetratus*: quia radix וְגַיְעַד praeter occurrendi notionem etiam *precandi* significationem habet, (Ruth. I, 16. Iob. XXI, 15.) Nomen erat ducis Israëlitarum, ex familia Aseris, Num. I, 13. cuius agmen ex militibus supra unum et quadraginta millia quingentis conflabat, Num. II, 25.

בָּנֵי פְנוּאֵל, vel בָּנֵי פְנוּאֵל, *Pnuel*, Graece Φανελ, Luc. II, 36. notat *adspicium Dei*, quo sese gratiose manifestat. Neque tantum personis hoc nomen adhaesisse legitur, 1. Chr. IV, 4. VIII, 25. sed etiam locis, Gen. XXXII, 31. 32.

בָּנֵי פֶתְהָעֵל, *Pethuel*, à פֶתְהָעֵל, extendit, formatum, virum representat à Deo dilatum: quo sensu Noachi filio, Iapheto, Deo ipso auctore, hoc nomen imponebatur, Gen. IX, 27. Illo autem pater prophetae Ioëlis compellabatur, Ioe I, 1. quem Samuelem prophetam fuisse R. Sal. Iarchi suspicatur, w) ideo hoc nomen sortitum, בָּנֵי הַנְּזֵבָה, *quod precibus Deum commouerit*, 1. Sam. XII, 18. 23. Falsum autem esse hanc opinionem, cum ex eo adparet, quod Ioël propheta inferioris fuit aetatis, tum ex eo conficitur, quod Samuelis filii malae notae fuisse leguntur, 1. Sam. VII, 3.

בָּנֵי צָרֵיל, *Zuriel*, interpretatione obvia et plana refert *Deum petram meam*, i.e. spem et praesidium firmissimum, (Deut. XXXII, 24. P/ XVIII, 3. Et ita quidem adpellatum reperimus ducem Leuitarum ex gentilitate Merariana ortum, Num. III, 35. Cui significationi, et בָּנֵי נָמָר Num. I, 5. et בָּנֵי נָמָר Num. II, 12. exacte respondent.

בָּנֵי קָדְמִיאֵל, *Kadmiel*, ex rad. קָדְמִיאֵל, *praeuenit*, deriuandum, *Deum exhibet beneficis me praeuenientem*, quo sensu hoc verbum adhibetur Ps. XXI, 4. LXIX, 11. LXXXI, 8. Nomen autem ipsum Leuitis in primis familiare fuisse, constat ex Efr. II, 40. III, 9. Neh. VII, 43. IX, 4. X, 10. XII, 8.

בָּנֵי רְגָעֵל, *Reguel*, à רְגָעֵל h. e. *confociando dictus*, Graece ἀσχετην Τob. VI, 10. et coniunctionem cum Deo notans, filius fuit Esau, Gen. XXVI, 4. 10. porro pater Iethronis, Ex. II, 18. et praeter hos alii usi eodem nomine fuerunt, 1. Chr. IX, 8. Num. II, 14. conf. GLASSII Philol. S. L. IV. Tract. III, p. 972.

בָּנֵי שְׁכָנְתִיאֵל, *Schealtiel*, Graec. Σωλαθης Matth. I, 12. à Deo exoratum indicat. Talis erat filius Iechoniae et pater Zorobabelis, 1. Chr. III, 17. Hagg. I, 1. pro quo etiam contracte legitur בָּנֵי שְׁכָנְתִיאֵל, Hagg. I, 12.

בָּנֵי שְׁמוּאֵל, *Schmuel*, Graec. Σαμελη, Act. III, 24. nomen ex בָּנֵי שְׁמוֹאֵל conflatum, quod refert à Deo exauditum: nisi malis בָּנֵי בָּנָא à Deo petitum interpretari, quam explicationem ipsa Samuelis mater intendisse videtur, 1. Sam. I, 20. Qui vero etymologiam eius ad בָּנֵי שְׁמוֹאֵל referunt, Deo iniuriam faciunt, neque nisi coacte explicant: Deus est nomen eius: quo et princeps Simeonitarum, filius Ammi-

w) Commentar. in h. l.

Ammihud, Num XXXIV, 20 et propheta ille summi nominis, I. Sam. I, 20 et filius Tholae, I. Chr. VII, 2 iuclaruerunt,

Ab his nominibus nunc progredior, eorum commilitonum nomina in secundam producturus, qui, pietate adducti, ad vota pro publica anni initi salute facienda animatum induxerunt. Et hi quidem, verbis gratiae et lotatii plenissimis, quae Job, V, 19, leguntur:

EX SEX PERICVLIS IOVA TE LIBERABIT:
pro fundamento positis, colloquendo ita suas operas pertinentur, ut

CHR. FRIDR. ARNOLD, Papaerod. pro morte subitanea gra-

et tioje auerruncata, Hebraicæ,
SAM. SIGM. BVSCHMANN, Raßlau. pro vita benuole

concessa,

JO. IESAIAS KREBEL, Naumburg. pro morbis clementer
et depulsis, Italice,

BENI. TRAVG. SCHMIDT, Freiberg. pro sanitate benigne
praeflita,

FRIDR. WILH. LOEWEL, Kleinschirm. pro aliis periculis
et potenter auersis, Gallice,

CAR. HENR. GERSTAECKER, Lommat. pro conscrutatis
facultatibus nostris,

IO. CHRIST. DASCHKE, Prisk. pro repressa annonae
et caritate,

DAVID GOTTHELF SIMON, Hohnstein. pro effusa
frugum copia,

BENI. GOTTFR. SCHWEICKERT, Klika-Anhalt. pro bello
et a nobis propulsato,

GVSTAV. LVD. VLBRICHT, Sorgau. pro tranquillitate
publica adhuc salua,

CHRIST. GOTTL. STECHER, Freib. pro infamia nominis
et leuata,

CHRIST. GOTTLIEB KAISER, Freib. pro dignitate nostra
adhuc sustenta,

Graece,

Latine,

Germanice,

immortales DEO immortali gratias persoluant, anni autem bono cum DEO
inchoati auspicia fausta et fortunata gratulentur.

Vos, PATRONI, FAVTORES atque AMICI, cras, facris ante meridiem finitis, Vestra frequentia et praesentia, quam et expetimus et veneramur,
animum et Musis et nobis propensum declarabis, publice testatum facturi,
neque Vestram erga DEVVM religionem neque erga mansuetiores litteras
fauorem cum veteri anno exoleuisse. P. P. Freib.

d. IX, Ian. MDCCCLV.




Yb 627
(1180)



TA-DOL

VD 18





63

אָנָשׁ עַם

b. IX, 2.

h. e.

SIMEN ΘΕΟΦΟΡΩΝ

QVO

VOTA

VSPICIIIS DICATA

. E AVDIENDA

SSIME INVITAT

BIDERMANN, R.

BERGAE,
TTHAEANIS.

XIII.